

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta** : 3246

**Auteur(s)** : Gérard II, Sées (évêque)

**Bénéficiaire(s)** : Saint-Wandrille-Rançon, Saint-Wandrille (abbaye)

**Genre d'acte** : charte

**Authenticité** : non suspect

**Datation** : 1155, 25 décembre

**Lieu d'émission** : Sées

**Action juridique** : autre

**Langue du texte** : latin

## Analyse

Girard, évêque de Sées, concède à l'abbaye de Saint-Wandrille la paisible possession de ses biens et revenus situés dans son diocèse, c'est à savoir : en Hiémois l'église du château d'Exmes avec la dîme, relevant du duc de Normandie ; l'église d'Argentelle avec les dîmes ; l'église d'Omméel avec la dîme, relevant de la terre du comte Raoul ; l'église d'Avenelles avec la dîme ; l'église de Chambois avec la dîme et dix sous de l'autel ; l'église d'Aulne-percée avec la dîme et les chandelles à la purification de la Vierge ; au « château » d'Argentan les églises avec les dîmes et les dépendances en entier, l'église de Mavoville avec la dîme ; l'église de Coulandon avec la dîme ; au « château » d'Annebeeq l'église avec la dîme et une part des oblations et menues dîmes ; même part à Notre-Dame de Rânes ; l'église de Faverolles avec la dîme et la moitié des oblations lors des trois grandes fêtes de l'année. — Cette concession, faite à Sées le jour de la conversion de saint Paul (25 janvier), en présence des archidiaques, chanoines et moines, a été remise à l'abbé Roger le 25 décembre 1155.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Lot Ferdinand, *Études critiques sur l'abbaye de Saint-Wandrille*, Paris, Champion, 1913, n° 86, p. 151-153.

Texte établi d'après a

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis. Ego Girardus, Dei gratia Sagiensis episcopus, donno Rogerio abbati Sancti Wandregisili omnique conuenti in Christo salutem. Notum fieri volumus tam presentibus quam nostris successoribus quod ego eidem ecclesie omnia que in nostro episcopatu habet in ecclesiis, terris, decimis et cantuariis perpetuo iure tenenda concedo: in pago Oximensi ecclesiam ejusdem castri cum decima, de dominio principis Normannie ; ecclesiam Argentelle cum decimis ; ecclesiam Ulmelli cum decima, de dominio terre Radulfi comitis ; ecclesiam Auesnelles cum decima ; ecclesiam de Canbaio cum decima et decem solidos in altari ; ecclesiam de Alnoperceia cum decima et in purificatione beate Mariæ candelas ; ecclesiam Sarcellis cum decima bladi et minutis decimis et in purificatione sancte Marie candelas ; in castro Argentomo ecclesias cum decimis et cum omnibus earum appendiciis integre ; ecclesiam Mauouille cum decima, ecclesiam Corlandum cum decima ; in castro quod dicitur Asnebec ecclesiam cum decima et de dominio octo garbas, presbiter autem nonam et in solemnitate omnium sanctorum et in Christi Natiuitate et in ejusdem resurrectione duas partes oblationis et in ceteris diebus medietatem, tam in oblationibus quam in minutis decimis ; et in ecclesiam sancte Marie Rane similiter, tam in oblationibus quam in minutis decimis ; ecclesiam Fauerolis cum decima et in tribus annuatis solemnitatibus oblationum medietatem. Hec autem omnia, amore diuine caritatis succensus, supra dicto abbati propria manu apud Sagiacum in sollennitate de conuersione beati Pauli largitus sum. Ut autem hec largitio rata et inconcussa

permaneat, auctoritate nostra et inpressione nostri sigilli sub his testibus concedo et confirmatione corroborari censemus, Henricho archidiacono videlicet atque priore, Rogerio archidiacono, Vuillelmo archidiacono, Heimerico archidiacono, Vuillelmo de Capella, Hugone canonico, Garino monacho, Radulfo decano, Vuillelmo decano, Roberto magistro et nepote ejus Roberto, Rogerio filio aini, Lanberto celerario monacho, Vuillelmo sacrista monacho, Vuillelmo Douchelino monacho. His itaque pretaxatis atque concessis, actum est hoc priuilegium a predicto Girardo viro religioso et traditum, saluo jure episcopali, donno Rogerio, abbati sanct-Vuandregisili, filiisque suis in Christo, Radulfo priori et Anfredo camei rario et Radulfo monacho, VIIIJ kal. ianuarii, anno incarnati verbi M°C°LV°, summi pontificis Adriani sedis apostolice anno IJ°, Henrici regis secundi.